 cum ipsis erant opinionis: alii Ecclē-
 siarum opibus corrupti fuerant: alii
 verborum blanditiis, & suadentis au-
 thoritate in fraudem inducti. Etenim
 Acacius haudquaquam sperendus*
 Dddd

videbatur: quippe qui suapte natura, A cum ad intelligendum, tum ad loquendum promptus, & ad ea quæ decreverat perficienda gnavus atque industrius esset. Idem præterea illustri præsidebat Ecclesiæ, & Eusebium Pamphili, cui in Episcopatu successerat, Magistrum se habuisse gloriabatur, & ob ejus librorum famam, ac successionem, doctior cæteris videri volebat. Et hic quidem cum esset ejusmodi, quæcunque cupiebat facile perfecit. Cum igitur deni ex utraq; Synodo legati essent Constantinopoli, unâ cum aliis Episcopis qui tum forte in eadem urbe versabantur; primum quidem de quæstione Aetii judicium ferre jubetur Honoratus, assidentibus Senatorii ordinis viris: quem quidem Imperator paulo antea ab Occidentis partibus reversus, primum omnium Præfectum urbis Constantinopolitanæ creaverat. Postea vero cum Constantius ipsemet unâ cum Magistratibus eandem causam examinasset, deprehensus est Aetius male sentire de fide: adeo ut tum Imperator ipse, tum reliqui, impiis ejus sermonibus offenderentur. Ajunt porro Acacianos, cum initio simulant se hujusmodi erroris penitus ignotos esse, de industria operam dedidisse, ut Imperator cum proximis de hoc negotio judicaret. Quippe Aetium verbis inexpugnabilem fore existimabant, & idoneum qui persuadendi vi auditores percelleret, & hæresin suam invitâ adversariis stabiliret. Verum ubi res contra quam speraverant, illis successisset, tum vero formulam, quæ Arimino allata fuerat, proposuerunt, utque legati à Seleuciciensi Concilio missi eam susciperent, postularunt. Cumque isti constanter asserverent, substantiæ vocabulum nunquam se repudiaturos, Acaciani interposito jurejurando eis persuaserunt, senequaquam dissimilem substantia filium asserere; paratosque esse eam hæresin condemnare. Verum quoniam Occidentales apud Ariminum nomen substantiæ expunxissent, acceptissimam sibi esse hujusmodi formulam affirmabant. Nam, ut agebant, si hæc prævaluerit, cum nomine substantiæ vocabulum etiam consubstantialis simul involvetur silentio; quod tamen Occidentales Antistites ob reverentiam Nicenæ Synodi plurimi faciebant. Quin etiâ Imperator

Φύσει τὸ θεῖον ἂν νοεῖν, καὶ λέγειν, καὶ τὰ
βεβηλωμένα εἰς ἔργον ἀγεῖν καὶ ἰσχυ-
μα πρὸς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ εὐσεβείαν τοῦ
παμφίλου, μετ' ὃν αὐτὸς τὴν ἐπισκοπὴν
ἤνευ, διδάσκαλον ἀρχόντων, καὶ τῆς δι-
σεῖς ἐκ διαδοχῆ τῶν αὐτῆ βίβλων, πλείων τῶν
ἄλλων ἀξίων εἰδέναι καὶ ὁ μὴν τοιοῦτον ἐπι-
ραδίως ἀγεῖ ἐβέλετο διεσκιάζειν οὐκ
δὲ ἐν κωνσταντινῶν πόλει τῶν ἐξ ἐκείνου
συνόδου εἰκοσι, καὶ ἄλλων οἵτινες ἐπὶ τῆς
ἐκδημέντες, τὸ μὲν πρῶτον ἐπιτετακ-
δικάσαι τῇ κτ' ἀέτιον ζήσῃσι, παρῆσαν
τῶν διὰ τῆς μεγάλης βεβηλῆς ἐξάρχων
ὄνωρατῶν, ὃν βασιλεὺς ἐπὶ πολλῶν
τῆς πρὸς δύσιν δεχόμενης ἐπανιδὸν
πρῶτον ὑπαρχον κωνσταντινῶν ἀπέ-
φηνεν ὕστερον δὲ καὶ αὐτὸς κωνσταντῆς
τοῖς ἀρχαῖσι διαγιγνόμενῶν, φησὶται αὐτῶν
κακόνες ἂν περὶ τῶν πίστεως, ὡς καὶ τὸ
βασιλεία καὶ ὅδ' ἄλλως, ὡς ἐπὶ βίβλων
φήμοις αὐτῶν λόγους χαλεπῶν λέγοντες
δὲ τοῖς περὶ ἀκάκιον, ἀγνοίαν σπου-
δῆς τῶν δεχόμενῶν τῆς τοιαύτης ἀρέσεως,
ἐπιτηδὲς ἀπεδοῦσαν τὸν βασιλεῖα καὶ ὅδ'
ἀμφ' αὐτὸν δικάσαι, ἀκατάμαχον ἐπι-
δοῦσαν τοῖς λόγοις τὸν ἀέτιον οὐκ ἐβέλετο, καὶ
ἰκανὸν πειθῆς ἀνάγκη ὅδ' ἀκούσας εἰδέναι
καὶ ἀκούει κελεύει τὴν ἀίρεσιν ἐπὶ τῆς
τέτο παρ' ἐλπίδας αὐτοῖς ἀπέειπεν, ὡς
κομίσει τὴν ἐξ ἀειμένην κωνσταν-
σαν γραφῶν, καὶ ὅδ' ἀπέειπεν μὲν
ὡδ' αὐτῆς ἐν σελδουκεία συνόδου ἀει-
σαι ταύτην καταδέξασθαι ἰσχυροῦσιν
νεὺς δὲ μηδαμῶς τὸ τῆς ἐξίας ὄνομα
ὡδ' ἀλιμπάνειν, ὅροις πείσαι, ὡς ἐπὶ αὐ-
μοιον κατ' ἐξίαν τὸν ὄν δὲ ἀειμένην
ἐτοίμως τὸ ἔχουσι ταύτην δουκῆσαι
τεν τὴν ἀίρεσιν — ἀλλ' ἐπεὶ ὡδ' αὐτῶν
οἱ δυτικοὶ τὸ τῆς ἐξίας ὄνομα παρῆσαν
ἐν ἀειμένην, ὡς ἀειμένην ἀειμένην
τοῖς εἶναι ἰσχυροῦσιν τῶν τοιαύτων γῆ-
φῆν' εἰ γὰρ φησὶ κελεύει, πάντως περὶ
τῆς ἐξίας ὄνομα, συσσωπηθῆσεται
τὸ τῆς ὁμοσιῶν, ὃ δὴ μάστις οἱ αὐ-
τὴν δύσιν ἱερεῖς αἰδοῖ τῆς ἐν νικαίᾳ συν-
δου περὶ πολλῶν ἐποιεῖντο ὡς τῆς

καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ἐπέδθη ταύτῃ ἐπι-
 νέν, τὴν γραφὴν λογιζόμενος τὸ τῷ ἐν δρι-
 μίῳ σωελθόντων πληθόν· καὶ ὡς οὐκ ἂν
 ἀμάρτοι ὅμοιον ὁμολογεῖν ἑὸμοξσιον· καὶ μη-
 δὲν αὐτῶ διαφέρειν καὶ ἔνοιαν, εἰ ὀνόμασιν
 ἀγνώστους τῇ ἱερᾷ γραφῇ μὴ χεῖρο, ἐν ἰσο-
 δυνάμει τε καὶ ἀναμφιβέβω ὀνόματι τὸ
 ὅμοιον, τὴν αὐτῶ σημασίαν ὁμολογοῦν·
 ἕως ἐν ἔχων γνώμης, ὁμοιοῦν ἐκέλευσε τὸς
 ἐπισκόπους πρὸς τὴν ἐκθεθεῖσαν ὑπὸ τῷ ἐν
 δριμύῳ σωελθόντων ἑτοιμαζόμενος τε τῇ
 ἕσπερᾷ πρὸς ὑπαλικὴν πομπήν, καθὰ ῥω-
 μαίοις ἐθῶ ἐν τῇ νεμλίῳ ἔπαρ' αὐτοῖς
 ἱαναγαίε μίλλος, πᾶσαν τὴν ἡμέραν καὶ πολὺ
 ἢ ἐπιλαβέσθης νυκτὸς ἀναλώσαι μετὰ τῷ
 ἐπισκόπων, διαγνώσκων εἰσότε δὴ τῇ δια-
 κριμαδίσει ἔξ δριμύνης γραφῆ καὶ οἱ ἐκ σε-
 λουκίας ἀφ' ἱμύροι ὑπέγραψαν.

A ipse ad eam formulam approbandam in-
 ductus est; cum apud se reputaret multi-
 tudinem eorum qui Arimini conven-
 rant: Et quod nequaquam aberraverit is
 qui similem confiteatur aut consubstan-
 tialem: nec ullum apud se discrimen sit
 quoad sensum, si quis nominibus qui-
 dem ignotis sacrae Scripturae minime
 utatur: aequivalente autem vocabulo &
 extra controversiam posito, simili vide-
 licet, eandem sententiam confiteatur.
 Cum igitur Imperator animo suo ita sen-
 tiret, praecepit Episcopis ut in fidem ab
 Ariminenſi Concilio expositam consen-
 tirent. Cumque postridie ad solennem
 Consulatus pompam se pararet, sicuti
 moris est apud Romanos Calendis Ja-
 nuarii, totum diem, & insequentis no-
 ctis maximam partem consumpsit cum
 Episcopis, disceptans donec legati qui a
 Seleucienſi Concilio advenerant, for-
 mulae fidei ab Ariminenſi oppido allatae
 subscripsissent.

Κεφ. κδ'.

CAPUT XXIV.

Ὅτι ὁ ἀκάκιον πλὴν ἐν ὀκταμύῳ ἱεραζίασαν συνόδον καὶ κα-
 τὰ τὸν καθαιροθίτων ἀρχιερέων, καὶ ἐπὶ ποίεσι
 ἐγκλήμασι.

Quomodo Acaciani Ariminenſem Syno-
 dum comprobaverint. Item nomina Epi-
 scoporum qui depositi sunt, & crimi-
 na propter quae sunt depositi.

Οἱ δὲ ἀμφοὶ ἀκάκιον ἐπιμείναντες πινά-
 χου ἐν κωνσταντινουπόλει, μέγα κα-
 λιστὰ οὐκ ἐν βιθυνίας ἐπισκόπους ἐν οἷς
 ἦν μακρίος ὁ χαλκηδόνιος, καὶ ἐλφίλας ὁ
 τῷ γόθων πηνήκοντα ἢ ὄντες, εἰς ταυτὸν
 συνῆλθον, καὶ ἐβεβαίωσαν τὴν ἐν δριμύῳ
 ἀναρωσθεῖσαν γραφὴν, πρὸς τὴν ἐν
 ὑπαλικῇ ἢ ὑπὸ τῶν ἐπιθεῶν ὀνομάζειν μηδὲν
 ἕως ταύτῃ τῇ τῷ γραφῇ ἀποκεκ-
 ρυθῆαι πᾶσαν ἄλλην, ἢ χρομύνην ἢ μέλλε-
 σαι ἐπὶ ταῦτα ἐπξαξάν, καθαιρέσιν ἀέ-
 λων τῆς διακονίας, ὡς ἐρετικῶς καὶ πρὸς ἐν-
 δειξιν ὀφίας ἐκκλησιαστικῆς πρξαίρεσεως
 ἀπαδείσεως, συγχερόφοντά τε καὶ τὰς δια-
 λέξεις δυσφήμως ποιέμενον, ταρραχῆς τε
 καὶ εἰσαίων τὰς ἐκκλησιαίαις αἴτιον· λέγε-
 ται δὲ πρὸς τῶν, ὡς οὐκ ἀπὸ γνώμης
 τῆτον καθείλον, ἀλλ' ἀφοσιόμενοι καὶ τὰς
 πρὸ αὐτῶν δόξαι πρὸς βασιλέα διε-
 κείλοντο γὰρ τὰ αὐτῶ φρονεῖν ἀποχρη-

Porro Acaciani cum aliquamdiu
 substitissent Constantinopoli, Epi-
 scopos ex Bithynia evocarunt: inter quos
 erat Maris Chalcedonenſis, & Ulfila Got-
 thorū Episcopus. Cumque essent numero
 quinquaginta, in unum collecti, formu-
 lam fidei quae Arimini recitata fuerat,
 suffragiis suis comprobaverunt, hoc tan-
 tum adjecto, ne quis in posterum sub-
 stantiam in Deo aut hypostasim diceret;
 utque praeter hanc formulam reliquae
 omnes, tam quae antea scriptae, quam
 quae postea scribendae essent, condem-
 narentur. His rebus confectis, Actium
 diaconatu exuunt, utpote qui li-
 bros contentiosos & ad ostentationem
 scientiae, a more institutoque Ecclesia-
 rum alienae, compositos scriberet, & in
 disputando impiis vocibus uteretur, tu-
 multus denique ac seditionis in Eccle-
 siis auctor fuisset. Sunt qui dicant, eos
 non sponte, neque ex animo Actium
 deposuisse: sed ut apud Imperatorem
 purgarent se ea suspicione, quae de ipsis
 concepta erat. Accusabantur enim quod
 cum Actio idem sentirent. Post haec

Dddd ij

abutentes Imperatoris ira, qua ille adversus Macedonium ob ea quæ supra diximus, erat incensus, Macedonium Episcopatu abdicant: ac præterea Eleusium Episcopum Cyzici, Basilium Ancyræ, Heortasium Sardium, & Dracontium Pergami. Ac licet in doctrina fidei inter se dissentirent, tamen dum istos deponerent, fidem eorum nullatenus reprehenderunt. Sed crimina illis objiciebant, in commune quidem omnibus, quod Ecclesias perturbassent, & adversus Ecclesiasticas leges deliquissent. Privativum vero singulis objiciebant: Basilio quidem quod Diogeni cuidam Presbytero Alexandrino per Ancyram iter facienti, chartas abstulisset, & verbera intulisset: quodque Provinciarum rectoribus præcepisset, ut clericos quosdam Antiochenes & ex Provinciis ad Euphratem sitis, Cilicas item & Galatas & Asianos, indictâ causâ, exilio aliisque suppliciorum generibus condemnarent: ita ut illi ferrea perpessi sint vincula, ac præterea facultates suas militibus ipsos deducuntibus, redemptionis loco dederint, ne contumelias afficerentur. Accusabant etiam illum, quod cum Imperator Aetium & quosdam ejus affectus ad Cecropium duci jussisset, causam dicturos de criminibus, quæ illis intentabat, persuasisset Basilius ei cui ea res ab Imperatore commissa fuerat, ut ea quæ ipse vellet exqueretur: quodque ad Hermogenem Præfectum Prætorio & ad Consularem Syria scriptisset, quinam & quo loci deportandi essent: & quod postea cum Imperator illos ab exilio revocasset, id ille non permisisset; Principibus ac sacerdotibus sese opponens. His addebant, quod clericum Sirmienfis Ecclesiæ adversus Germinium concitasset: & cum eodem Germinio & Ursacio ac Valente communionem se habere scribens, eos tamen apud Episcopos Africa infimulasset: eaque de re accusatus, negasset ac pejerasset: convictus vero, perjurium cavillando eludere conaretur. Ad hæc quod Illyriis, Italis & Afris dissidii ac tumultus causâ exstitisset, & eorum quæ Romanæ Ecclesiæ contigerant, auctor fuisset. Item quod cum ancillam in vincula conjici curasset, fallum confiteri adversus dominam suam adegisset: & quod turpis vitæ hominem, qui mulierem

σάμφοι δὲ τῆ ὀργῇ βασιλέως, ἡὐ κατὰ μακεδονίης εἶχεν ἐν τῶν προῦντων ἐπιμύων, καθαιρέσει αὐτὸν καὶ ἐλευσίου τοῦ κυζίκου ἐπίσκοπον, καὶ βασιλείου τοῦ ἀγκυραίου, καὶ ἑορτάσιου τῶν σαρδίων, καὶ δρακόντιου τῶν περγαμῆν διαφερομένοι τε περὶ δόγματι, ἐν τῷ καθαιρέσει τῆς, ὅσα ἐμῆμοφοῖτο τὴν αὐτῶν πίστιν αἰτίας ἢ ἐπιήγον, κοινῇ μὲν πᾶσιν, ὡς τῆς ἐκκλησίας ἐτάραξαν, καὶ εἰς τὰς ἐκκλησιαστικὰς νόμους ἰσχυρῶς ἰδίᾳ δὲ ἐγκλήματα ἐπέφερον, βασιλείῳ μὲν ἐπιτήρητον πρεσβύτερον ἐν τῆς ἀλεξανδρινῆς τὴν ἀγκυραν διδοῦντα, χαρτὰς τῆς ἀφείλετο, καὶ ἐτύπησε ἑκ κληρικῶν τῆς ἀντιοχείας, ἑκ τῶν ἐν φράτιν τῶν ταμίων, κιλίκας τε καὶ γαλάτας καὶ ἀσιανοὺς ὑπερθελοῖς φυγαῖς, ἀλλὰ ἰσχυρῶς μὲν ἀκρίτως τοῖς ἀρχεσὶν ἐπέταται καὶ σιδηρῶν αὐτὰς περαθῆναι δεσμῶν, καὶ ὅσα προσαπολύει τοῖς ἀπάγοσι ἐπιτάται, ἵνα μὴ ὑβρίζονται ἐπιτήρητον δὲ αὐτὸν, καὶ ὡς βασιλέως προσαπολύει ἀχθῆναι πρὸς κεκρότιον αἰτίον τε πᾶνας τῶν σὺν αὐτῷ, ἄπολογοσμένους ἐκ τοῖς ὀνεκάλοι, πέπεικε τὸν ἐπιτήρητον τῶν κρατῶν προσαπολύει, καὶ αὐτῷ ἐδόκει πρᾶξαι ἐρμογῆν δὲ ὑπάρχων, καὶ τῶν κρατῶν συστάς γραψῆς, τίνας τε καὶ ὅπῃ καὶ μέλλουσι δῆναι, καὶ τῶν βασιλέως ἐγκλήματα μὲν τῆτους διὰ τῆς ὑπερθελοῖς, ἐστὶν χῶρησεν, ἀρχεσὶ καὶ ἱεροσὶν ἐναπέμνητον προσαπολύει δὲ ὅτι καὶ γεμαίνον ἐν σιρμίου κληρῶν ἐπανέστη, καὶ κοινῶς αὐτῷ καὶ ἐαλένῃ καὶ ἑρσακίῳ γραψῆν διεβάλλεν αὐτοὺς πρὸς ὅσα ἀφεικῆς ἐπισκόπους ἐγκαλέματός τε ἤρπειτο, καὶ ἐπιτάται καὶ φαραθῆς, ἐπεχέσει τῆς φίζεσθαι τὴν ἐπισκοπίαν καὶ διοικήσασεως αὐτῶν ἐγένετο ἰληυροῖς ἑκ τῶν καὶ ἀφεικῆς, καὶ τῶν περὶ τῶν μαίων ἐκκλησίαν συμβάντων δεσμῶν ἡρέσθαι προσαπολύει, ἐκ τῶν καὶ τοῦ Ἰουδαίου καθομολογεῖν τῆς δεσποσύνης καὶ ἀνδρα ἀιχρῶς βεβιωκότα, καὶ καὶ

γαίης γυναικί συμβιοῦσα, ἐδάπισέ τε
 καὶ διακονεῖν τῷ Θεῷ ἤξιώσε' **Α**
 δὲ δὲ Φόνιον αἵπον ἡρόδοτον, ὅσα
 ἐχώρισε τῆς ἐκκλησίας καὶ ὅτι γὰρ ὁ
 τῶν ἱερῶν τράπεζαν σωματισίας ἐποιεῖτο,
 ἡρόδοτος τε, καὶ οὗ κληρικὸς ἐπόμυ-
 ται ὁδασιδιάζων μὴ κατηγορεῖν ἀλλή-
 λων ἔναι δὲ ταύτῃ τέχνῃ τῷ αὐτῷ
 πρὸς ἅπαντα τὰ κλήρη, τὰς τῶν ἐγκαλέν-
 των κατηγορίας διαφυγεῖν· βασιλεὺς μὲν
 ἐν, ὡς ἐν βραχεῖ εἶπεν, τάδε αἴτια
 τῆς καθαιρέσεως ἐποιεῖτο· **Β**
 εὐσαβίου δὲ, πρῶτον μὲν ὡς ἠνίκα πρὸς οὐτέρῳ ἢ
 ἀκαταγεγῶκε ἀπὲρ εὐλαλίῳ ὁ πα-
 τερ, καὶ τῶν εὐχῶν ἀφώρισε, Ἰπ-
 σκόπου ὡν τῆς ἐν καππαδοκίᾳ ἐκκλη-
 σίας καισαρείας· μὲν δὲ τῶτο ἐν νεο-
 καισαρείᾳ τῷ πόντου, ὑπὸ σινόδῳ ἀκο-
 κῶν ἐγεγόνει καὶ ὑπὸ εὐσεβίου τῷ
 κωνσταντινουπόλεως Ἰπισκόπου καθηρέθη,
 Ἰπὶ διακήσει πῶν αἰς ἐπετραπῆ κατα-
 γωαίς· ἐπειτα δὲ ὡς ἐ δέον διδάσκων
 τῷ καὶ πρὸς τῶν καὶ φρεγῶν, ἀφῆρθε τῆς
 Ἰπισκοπῆς ὁδῶ τῶν ἐν γάλατις σινωλι-
 νῶτων Ἰπὶ δὲ τῆς ἐν ἀντιοχείᾳ σινόδῳ,
 Ἰπισκοπίας ἐάλω καὶ ὅτι ἀνατίθειεν Ἰπ-
 χερὶ τὰ δόξασα τοῖς ἐν μελιβιῆ σινωλι-
 νῶσι καὶ πλείστοις ἐγκλήμασι ἐνοχῶ ὡν,
 δικαστὴς ἤξει εἶναι, καὶ ἐτεροδόξους οὐδ' ἄλ-
 λω ἀπέκαλει· ἐλεύσιον δὲ καθείλον, ὡς
 ἐκκλησιῶν πᾶσι τυχεῖον τὸ γῆϋ, ἱερέα
 τῷ ἐν τῷ δὲ ἡρακλέους ἡρόδοτον, Ἰπὶ
 γρατεῖα γραφέντα, καὶ ζήτησιον ὄντα,
 καὶ διὰ τῶτο φυγάδα ἐν κυζικῷ δια-
 κόνει, διακονίας Θεῷ ἀσεβῶς κέπῃς
 ἤξιώσε, χριστιανικὸν ὑποκρινόμενον καὶ
 ὅδ' ἐ τοῖτον ὄντα μὲν ταῦτα μαθὼν, τῆς ἐκ-
 κλησίας ἐχώρισε καὶ ὡς ὁδῶ μάλι τῷ
 χαλκιδόνῳ Ἰπισκόπου, ὅς ἐκοινωνεῖ ταύ-
 τῆς τῆς σινόδου, ἀίθρας καλεγνωσμένους,
 ἐκ κυζικῶν ἀφικόμενους, ἐχειροτόνησεν ἀκεί-
 τῶν· ἐσπῆσιν ἢ καθείλον, ὡς Ἰπισκοπον
 σαρδάνῃ ἡρόδοτον μὴ σιναυεσάντων τῶν ἐν
 λυδία Ἰπισκόπων δρακόνιον ἢ τὸν περγά-
 με, ὡς πρῶτον ἐν γαλατῖ ἐπισκοπέσθαι·

nequaquam nuptiali foedere sibi co-
 pulatam domi habebat, sacro lavacro
 tinisset, & ad diaconatus officium pro-
 movisset. Præterea quod medicum
 quendam circumforaneum, qui mul-
 tarum eorum auctor existerat, ab
 Ecclesia non segregasset. Postremo
 quod ad sacram mentiam conjurationes
 facere solitus esset, diras imprecationes
 concipiens, & clericos jurare compellens,
 nunquam se mutuo accusaturos.
 Hæc autem callide ab ipso fieri dicebant,
 ut ipse qui universo clero præerat,
 criminantium accusationes effugeret.
B Et hæc quidem sunt causæ, ut compendio dicam,
 ob quas Basilium à se depositum esse scripserunt.
 Eustathius autem depositus est, primum quidem
 propterea quod cum Presbyter esset,
 pater ipsius Eulalius Episcopus Cæsareæ
 Cappadociæ, ipsum prius damnaverat,
 & à precum communionem separaverat.
 Postea vero eo quod apud Neocæsaream
 Ponti urbem excommunicatus fuerat à Synodo;
 & ab Eusebio Constantinopoleos Episcopo
 depositus, eo quod in quibusdam dispensationibus
 ipsi commissis, parum fidelis deprehensus
 fuisset. Deinde tanquam lecus quam oportet
 prædicans, & agens, & sentiens, à Gangrensi
 Concilio Episcopatu exutus fuerat; in Antiocheni
 autem Synodo perjurii convictus erat.
C Et quod decreta eorum qui Melitina congregati fuerant,
 subvertere conaretur: quodque ipse multorum
 criminum reus, tamen iudex esse vellet,
 & alios hæreticos appellaret. Eleusium vero
 idcirco deposuerunt, quod Heracium quendam
 patriæ Tyrii, qui flamen Herculis illic fuerat,
 & accusatus maleficii, atque ob id perquisitus,
 fugiens Cyzicum se receperat, temere ad diaconatum
 promovisset, cum is Christianam religionem se
 colere simularet, cumque illum ejusmodi esse
 postea didicisset, eum tamen ab Ecclesia minime
 præcidisset. Item quod nonnullos à Mari
 Chalcedonis Episcopo qui etiam huic Synodo
 interfuit condemnatos, cum Cyzicum venissent,
 inconsulte ordinavisset. Heortasius autem ideo
 discinctus est, quod absque consensu Episcoporum
 Lydiæ, factus esset Sardinorum Episcopus;
 Dracontium vero Pergamenum ideo deposuerunt,
 quod in Galatia prius Episcopatum gessisset.

Dddd iij

Proinde utramque ordinationem, utpote illegitimam infirmarunt. Post hæc iterum convenientes, Silvanum depouunt Episcopum Tarfi, & Sophronium Pompeopolis in Paphlagonia: Elpidium item Satalorum, & Neonam Episcopum Seleuciæ in Isauria. Ac Silvanum quidem deposuerunt, propterea quod vesania auctor ac signifer cæteris existisset, tum Seleuciæ, tum Constantino- poli: & quod Castabalenſi Ecclesiæ Theophilum quendam præfecisset, qui prius ab Episcopis Palæstinaſibus Eleuteropolis Episcopus fuerat ordinatus, juramentoq; se obſtrinxerat, nunquam se alium Episcopatum ſuſcepturum absque illorum conſenſu. Sophronium vero abdicarunt, tanquam avarum, & qui res Ecclesiæ oblatas vendere, & in quæſtum quod post ſecundam ac tertiam vocationem ægre comparens, de criminibus ſibi illatis cauſam apud ipſos dicere noluiſſet, ſed extraneos iudices elegiſſet. Neonam vero ideo depoſuerunt, quod ut Annianus Antiochenſium Episcopus in ſua Ecclesia ordinaretur, impenſe ituduiffet. Et quod nonnullos ſacerarum ſcripturarum & Ecclesiæ legum penitus ignaros, cum decuriones eſſent, inconfiderate Episcopos ordinaffet. Qui poſtea opum ſuarum poſſeſſionem ſacerdotio prætulerunt, ſcriptoque teſtati ſunt, male ſe bona ſua retinendo publicis muneribus fungi, quam bonis ſuis exutos, Episcopatum gerere. Elpidium denique abdicarunt, eo quod ad tumultum excitandum Baſilio ſe adjuñxiſſet, & auctorem ac magiſtrum ſe præbuiſſet immodestia: quodque contra decreta Melitinenſis Synodi, Eufebium quidem qui Presbyterii gradu motus fuerat, in priſtinum locum reſtituiſſet: Nectariam vero quandam, quæ ob paſſorum ac jurisjurandi fidem violatam a D communioni ſuſpenſa fuerat, ad diaconatus officium promoviffet; cum tamen juxta leges Ecclesiæ, nullum ei honorem capere liceret.

A καὶ ὡς ἀθένομον τὴν ἐφ' ἐκείνῳ χειροτονίαν ἔλυσαν. Ἐπιπέτοις αὖτις συνεληθόντες, καθάρῃσι σιλβανὸν τὸν ταρσῆ ἐπίσκοπον, καὶ σωφρόνιον τὸν πομπηπόλεως τῆς παφλαγόνων, ἐλπίδιόν τε τὸν σατάλων, καὶ νέωνα τὸν ἐν σελδουκείᾳ τῆς ἰσαυρίας καθήλον ἢ σιλβανὸν, ὡς δεχηγὸν γρηγόριον διπνοίας τοῖς ἄλλοις, ἐν τε σελδουκείᾳ καὶ κατὰ σαλινεπόλει καὶ θεόφιλον παρὰ τῆς ἐκκλησίας, ἐλευθεροπώλεως ἐπίσκοπον χειροτονήσαντες ἀπέστρεψον ἀπὸ τῆς ἐπισκόπων παλαιῆς, καὶ ἐπομοσάμενοι ἀπὸ τῆς γράμμιω ἑτέρῃ μη ὑπεισένειμι ὀπιπὴν σωφρόνιον ἢ, ὡς πλεονεκτεῖν καὶ καταλάβειν ἐπιχειρῆσα τὰ παρὰ τὸν γρηγόριον ἐκκλησία, καὶ μὴ κληῖσιν πρῶτῳ καὶ δευτέρῳ, ἐπειδὴ μόλις ἀπήνησε, μὴ ἐβελήσασθαι παρ' αὐτοῖς διπολογήσασθαι παρὰ τὰ ἐγγύματα, ἀλλὰ σὺν ἑξωθεν αἰρέσει δικασθένενα ἢ, ὡς ἐπὶ τῆς ἰδίας ἐκκλησίας ἀποδάσαντα ἀννιανὸν χειροτονήσαντα ἀννιανὸν ἐπίσκοπον καὶ ἀπειρες πᾶσι ἱερῶν γραφῶν καὶ θεομῆν ἐκκλησίας, ἀθεωτικῶς πᾶσι τῶν δομηθῆσθαι, ἐπισκόπους κατὰ τὴν αἰῶν οἱ μὴ ταῦτα χερμάτων κήσιν τῆς ἰεροσυνῆς ἀπορῆτιμῶν, καὶ ἐξ ἑσθῶν εἰσῆσθαι τὰς ἑσθῶν ἐχόντες λείβεργεῖν, ἢ διὰ τῶν ἐπισκοπῶν τὸν δὲ ἐλπίδιον, ὡς ἐβελήσασθαι ἐπὶ ταραχῇ συμμίσθασθαι, καὶ καθήγητῶν γρηγόριον ἀταξίας: καὶ ἀπὸ τῶν δὲ ἑξῆς ἀνατατῆ ἐν μελίτη συνόδῳ, εἰσέειεν μὴ ἀνδρα καθηρημένον πρεσβυτέρου δὲ πρεσβυτέρου κατὰ τὴν ἐκκλησίαν νεκλαρίαν δὲ τῶν διὰ τῶν ἀποστολικῶν καὶ ὁσίων ἀκουάντων γρηγορίαν, διακονίας ἀξιώσαντα, μὴ μείον αὐτῶν τῶν μῆς καὶ τῶν νόμων τῆς ἐκκλησίας.

Κεφ. κέ.

CAP. XXV.

αίτιας ἧς καθαιρέσεων κυρίως ἦ ἱεροβλύμων ἐπιπέτου, καὶ ἕξοται τῶν ἀντικαθίσταμένων τῶν τότε ἐπιπέτων ὁμοίως· ἔως μάλιστα ὑπὸ Ἀρειανῶν χειροθετηθείς, ἀντιτί- σασθεσεβασίας φορεθείσθαι.

Quas ob causas depositus sit Cyrillus Episcopus Hierosolymorum: & de mutuis dis- sensionibus Episcoporum, qui in aliorum locum suscepti sunt: & quomodo Meletius in locum Eustachii Episcopus Sebastia ordi- natus est ab Arianis.

Σὺν τούτοις ἡ καὶ κύριλλον τὸν ἱεροβλύ- μων καθείλον, ὡς εὐσταθίω καὶ ἐλπι- δία κεκοινωνηκότα, ἐναντία ἀπεδάσασι τοῖς ἐν μελίτῃ συωελθῶσι, μεθ' ὧν καὶ αὐτὸς συωεληλύθει καὶ ὡς μὲν τὴν ἐν πα- λαιστίνῃ καθαιρέσειν, κοινωσίας μετὰ ἁγόν- τῶν αὐτῶ βασιλείῳ, καὶ γεωργίῳ τῷ λαο- δικείῳ ἐπισκόπῳ· ἐπειδὴ ἐπιτετέλη τὴν ἱεροσολύμων ἐπισκοπὴν, ἀεὶ μητροπολι- τικῶν δικαίων διεφέρετο πρὸς ἀκάκιον τὸν καισαρείας, ὡς ἀποστολικῆς θρόνου ἡγέμε- νος· ἐντεῦθεν τὸ εἰς ἀπέχθειαν κατέστη- σαν, καὶ ἀλλήλους διέβαλον, ὡς ἐχ' ὑγιῶς ἀεὶ Θεὸς φρονοῖεν καὶ γὰρ πρὸς ἐν ὑπο- τοῖα ἑκάτερος ἦν, ὁ μὲν τὰ δόξαις δογμα- τῶν κύριλλον δὲ, τοῖς ὁμοιοῦσιον τῶ πα- τρι τὸν υἱὸν εἰσηγεμῆροις ἐπόμηνος· ἔτω δὲ ἔχων γνώμης ἀκάκιος, αὐτῶ τοῖς τὰ αὐτῶ φρονοῦσιν ἐπισκόποις τὰ ἔθνεσ, φθά- νει καθείλον κύριλλον ἐπὶ ἀποφάσει τοῖα· δὲ λιμὲν καταλαβόντος τὴν ἱεροβλύμων χμερον, ὡς εἰς ἐπισκοπὸν ἐβλεπε τὸ τῶν ἐπιπέτων πλῆθος, τῆς ἀναγκαίας προ- φησίου ἀποπέμψον· ἐπεὶ δὲ χρεῖματῶν οὐκ ἦν αἰς ἀπικερεῖν ἔδει, κειμήλια καὶ ἱερά ἄστα- πύματα ἀπέδοτο ἐν τέτων δὲ λόγῳ, D παρὰ Ἀπηνωνίαι οἰκεῖον ἀνάθημα γυναικα- ἰα τῶν ἐπὶ θυμέλης ἡμφιεσμένων πολυ- πρῶσιμονῆσαι τὸ ὄθεν ἔχει, καὶ εὐρεῖν ἐμπο- ρεῖν αὐτῇ ἀποδόμνον· πρὸ δὲ ἐμπόρῳ τὸν ἐπίσκοπον αἶψαν ἡ ταύτῳ ἀποπέμψον, καθείλον αὐτὸν ἀκάκιον· καὶ τὰ μὲν, ὡς ἐπιπέτῳ, ὡδὲ ἔχει τὰς ἡ δηλωθέν- τας, ὡς εἰρηται, καθαιρέθεντας ἔξῃλασαν οἱ ἀμφὶ ἀκάκιον τῆς κωνσταντινῆ πόλεως τὰς δὲ αὐτῶ αὐτοῖς, οἱ ταῖς καθαιρέσεις ἐπο- γράφειν οὐκ ἠνεχώρη, δέκα τὸν ἀριθμὸν ὄντας, καθ' ἑαυτῶς εἶναι τῶς παρεκελεύ-

Cum his vero Cyrillum quoque ex- cauctorarunt Episcopum Hieroso- lymorum, propterea quod cum Eustha- tio & Elpidio communicasset, qui de- creta Melitenensis Synodi, cui ipse quo- que interfuerat, abrogare studuerant. Et quod post depositionem in Palaestina factam, communionem iniisset cum Basilio, & Georgio Episcopo Laodice- no. Etenim post susceptum Hierosoly- morum Episcopatum, de jure Metro- politano adversus Acacium Episcopum Caesareae controversiam moverat, tan- quam Apostolicam sedem obtinens. Ex quo factum fuerat, ut inimicitias inter se sulciperent, seseque mutuo accusarent quod non recte sentirent de divinitate. Nam & antea uterque eorum in suspi- cionem venerat: Acacius quidem quod cum Ario idem sentiret. Cyrillus vero quod eos sectaretur, qui Filium Patri si- milem secundum substantiam asser- bant. Cum igitur ita sentiret Acacius, unā cum Episcopis Provinciae Palaesti- nae, qui idem cum ipso sentiebant, Cy- rillum praveniens deposuit hujusmodi ob causam. Cum Hierosolymorum regionem fames occupasset, egentium multitudo necessariis alimentis destitu- ta, in Cyrillum utpote Episcopum oculo- conjecit: cum autem pecuniae deef- fent, quibus subveniri posset egentibus, Cyrillus thesauros Ecclesiae & sacra vela divendidit. Ajunt igitur quendam post- ea donarium suum agnovisse in mulie- re scenica, qua illo amicta erat: inqu- rentemque curiosius unde illud habe- ret, deprehendisse mercatorem qui illud mulieri vendiderat; mercatori vero Episcopum venum dedisse. Hanc ergo causam praxens Acacius, Cyrillum deposuit: & haec quidem ita gesta esse auditione accepi. Porro Episcopos illos quos depositos tum fuisse supra retuli- mus, Acaciani Constantinopoli expule- runt. Decem autem Episcopos ex suo numero, qui depositionibus subscribere detrectabant, separatim agere jusserunt,

& neque divino ministerio fungi, neque Ecclesias suas gubernare, donec depositionibus illis subscripissent. Quod si intra sex mensium spatium non resipuissent, nec omnibus Synodi decretis ac gestis consensissent, ipsos quoque deponi iusserunt: utque Episcopi uniuscujusque Provinciæ simul convenientes, in eorum locum alios subrogarent. Cum hæc ab illis consulta & ad effectum perducta essent, omnibus ubique locorum Episcopis & clericis scripserunt, ut hæc observarent, & executioni mandarent. Itaque haud multo post, alii in aliorum locum substituti sunt ab Eudoxianis. Et in Macedonii quidem locum Eudoxius ipse suffectus est; in locum autem Basilii Athanasius; Eunomius vero, is qui postea nominis sui hæresin condidit, in locum Eleusii est subrogatus; denique Melchius Sebastis Ecclesiam vice Eufthatii regendam suscepit.

Ασαντο, κ̄ μήτε λειτεργεῖν, μήτε τὰς ἐκκλησίας διοικεῖν, ἄχρις ἂν ταύταις ὑπογράψωσιν· εἰ δὲ μὴ μετὰ μεληθεῖεν οὗτος μῆνας ἕξ, κ̄ πᾶσι τοῖς δόξασιν κ̄ πεπρασμένοις ἐπιταγῇ ταύτῃ συναίνεσωσι, κ̄ αὐτοὺς καθαρεῖας· ὅθεν ἴ καὶ ἔβητο Ἐπισκοπῶσι σιωπῶντας, ἀντὶ αὐτῶν χειροτονεῖν ἑτέροις ἐπεὶ ἴ ταῦτα αὐτοῖς ἐβεβήλωτο κ̄ εἰς ἕργα ἴκτο, γράφουσι τοῖς πανταχῶς ἑπισκοπῶσι κληρικοῖς, τὰ δὲ φυλάττειν κ̄ ἐπιτελεῖν· οὕτως τε, ἔπολλω ὑσερην ἀνικαθίσαντες πρὸς τῶν ἀμφὶ τὸν εὐδοξίον, ἀλλὰ ἄλλω μακεδονίῳ τε αὐτὸς εὐδοξίῳ, κ̄ βασιλεὺς ἀθανασίῳ· ἔλθουσι εὐνόμιῳ, ὡς δευτέρως μὲν ταῦτα ἐγγράφωσι τὸν αὐτὸν καταλελειμμένης αἰρέσεως· ἀντὶ ἴ εὐσταθῆ, μελέτηται τῆς σεβασταίας ἐκκλησίας ἐπετεράτη.

CAPUT XXVI.

De obitu Macedonii Constantinopolitani Episcopi: Et quid in prima concione dixerit Eudoxius: Et quomodo Eudoxius & Acacius Nicenam & Ariminensem fidei formulam abolere omni ope conati sint: Et quantus ex ea re tumultus Ecclesis contigerit.

Κεφ. κς'.

Τελειωτὴ μακεδονίῳ κωνσταντίνου πόλεως κ̄ τῆς ἐκκλησίας κενὸ εὐδοξίου· Ἐὐδοξὸς εὐδοξίος κ̄ ἀκάκιος πλῆθις αἰσθητῶν τε ἐν νικαίᾳ πῖσιν, κ̄ πρὸ ἐν δεινῇ ἐκ τῆς μὲν οὐσίας κ̄ οὗτος τὰ παρὰ τοὺς ἐπιθῶν τὰς ἐκκλησίας ἐπιβουλή.

CÆterum Macedonius Constantinopolitanā spoliatus Ecclesiā, in locum quendam iuxta urbis regiæ portas se recepit; ibique extremum diem obiit. Eudoxius vero ejus loco Ecclesiam obtinuit, Constantio Augusto decies, & Juliano Cæsare ter Consulibus. Quo quidem tempore cum primum plebem colligeret in dedicatione magnæ Ecclesiæ quam Sophiam vocant, consensu sacerdotali suggestu, utpote concionaturus ad populum, hæc in ipso sermonis exordio dixisse fertur: Pater quidem impius est, filius autem pius. Cumque plebs tumultuaretur: conquiescite inquit, Pater quidem impius est, propterea quod neminem colit. Filius vero pius, quia colit Patrem. Quo dicto, auditoribus risum movit. Porro tam ipse, quam Acacius, simul juncti, omni ope laborarunt, ut eorum quæ Nicææ statuta fuerant, memoriā ex omnium animis abolerent. Et fidei formulam quæ Arimini recitata est, unā cum additamentis quæ ipsi tanquam eam correcturi adjecerant,

ΑΦαιρεθεῖς ἴ μακεδονίῳ τὴν κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησίαν, εἰς τὴν ἀπὸ πύλων χερσίων διέτριβεν· ἔνθα καὶ ἐτελείτῃσι εὐδοξίῳ ἴ τὴν ἐκκλησίαν καθέχων ἴκατα δὴ κωνσταντῆ τὸ δέκατον, κ̄ ἰεραὶ εὐδοξία· ρτο τὸ πέντητον ὑπὸ ἀβελόνων, τὸ πέντητον ἐκκλησίας ἐπὶ τῆς τελεσιγραφίας τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ἴν (ὁφίαν) ὀνομάζουσι, λέγει· ἐπὶ τὸ τὸ ἱερόως ἀναβάς βῆμα, οὐα δὴ τῶν λαῶν διδασκῶν, δεχομένη ἴ λόγε ἐπιπῶν ἴ μὴν πάλη ἀσεβείας· ὁ ἴ ὑὸς εὐσεβείας· τὸ πῶν σαί· δετὲ πλῆθες, ἴρεμείτε, ἴφ· ὁ ἴ πατὴρ ἀσεβείας, ὅπ ἐδένα σέβει· ὁ δὲ ἴ ὑὸς εὐσεβείας, ὅτι πατέρα σέβει· καὶ ὁ μὴν ἴ πῶν, εἰς γέλωτα ὅθεν ἀκρόσιας μελέται κοινῇ ἴ ὅπ μάλιστα αὐτὸς τε καὶ ἀκακίῳ πᾶσαν ἐποίηστο παρεδίω, εἰς λήθη ἀπὸ πάντας τῶν ἐν νικαίᾳ δοξασίων· κ̄ τῶν αὐτῶν γωδῆσαν ἐν δευτέρῳ γραφῶν, μὴ ὡν αὐτοὶ προσεθεικάσιν ὡς διορθώσατι.

ἀνά πᾶν τὸ ὑπὸ κοινὸν ἐξέπεμψαν καὶ εἶδον
 ταύτη μὴ ὑπογράφουσι, ἐκέλευον ὑπερ-
 ρεῖα φυγῆ (νημῶδες, κτ) πρὸς ἀγῶμα τὸ βᾶ-
 πλώως ὡδὲ γὰρ φησιν ἐσπῶδασο, λογί-
 κῶν ἀκονίτι τ' ὑπερδῆς Ἰππιδεύαδος τὸ ἴν
 δὲ γὰρ μεγίστων συμφορῶν ἐμφορῆς ἴν τοῖς
 ἐρημίκοις τὰραχῶ ἀνά πᾶν τὸ ὑπὸ κοινὸν
 καὶ τὰς παῖταχῆ ἐκκλησίας διωγμὸς εἶχε
 μονοεχὶ τῶν ἀπλήσι τοῖς πρὶν Ἰππιδεύαδος
 ἐρημίσιων βασιλείων εἰ γὰρ ταῖς εἰς σῶμα
 πτωχείας μετεώτερον ἐδόκει, χαλεπώ-
 τερον εἰκότως τοῖς εὐ φροῦσι, διὰ τὴν αἰ-
 χυλίω ἐθαίνετο ἀμφο γὰρ, ὅτε διώκων καὶ
 ὁ διωκόμενος, ἐκ τῆς ἐκκλησίας ὠρμηλί-
 κῶν τὸ σῶμα τὸ κακόν, ὅσον πρὸς τὸ
 ὁμοφύλους τὰ πολεμίον δρᾶν, καὶ πρὸς ἀλ-
 λοφύλους τοῖς ἐκτεῖς εἶναι, ὁ ἱεραλικὸς θεσμός
 ἀπτηγόρδισεν.

A ad omnes Imperii Romani Provincias
 miserunt: eosque qui hunc fidei subscri-
 bere renuissent, in exilium ablegati jus-
 serunt ex Imperatoris mandato. Id enim
 illi studuerant, cum existimarent se hoc
 pacto ea quæ vellent facile perfecturos
 esse. Verum ea res gravissimarum cala-
 mitatum causa existit. Nam per univer-
 sum orbem Romanum, tumultus non
 dissimilis iis quos supra retulimus, exor-
 tus est, & omnes ubique Ecclesias quæ-
 dam quasi persecutio occupavit, cujus-
 modi olim sub Ethnicis Imperatoribus
 grassata fuerat. Etsi enim hæc quod qui-
 dem ac cruciatus attinet, remissior vide-
 batur, prudentibus tamen viris propter
 infamiam visa est acerbior. Utrique
 enim, & is qui persequebatur, & ille qui
 persecutionem sustinebat, ex Ecclesia
 erant. Tantoque turpius erat id malum,
 quanto gravius est adversus tribules &
 cognatos, ea quæ hostes solent, perpetra-
 re: cum tamen divina lex prohibeat, ne
 adversus extraneos ejusmodi animo si-
 mus.

Κεφ. κζ.

CAP. XXVII.

Ἰ. κζ. τὸ ἐκστῆται τὸ ἱερόν, μακεδόνι κτ τὸ ἅγιον ἱερατικόν
 ἵνα πνεύματι κτ ὅτι μαραθαίνιος σὺν ἀλλοῖς πῶ
 ἐκείνη αἰρέσει ἤθεσαν.

Quomodo Macedonius postquam è sede sua
 ejectus est, adversus Spiritum sanctum im-
 pie locutus sit: & quo pacto Marathonius
 unà cum quibusdam aliis, ejus
 heresin auxit.

Ἡ δὲ κοινότης ἐπαινεμένη ἐπι μάλλον
 ἐπέδιδε, καὶ πρὸς νεωτερισμὸν εἰ-
 πῶ ἀπαθῆρα διαζομένη τε καὶ τῶν πα-
 τερῶν ὑπερφρονῶσα, ἰδίως ἐτίθει νόμους
 κατὰ αὐτὰ τοῖς ἀρχαιοτέροις πρὸς Θεοῦ δο-
 ξῶν ὁμοίως αἰετὸς ἐξένα πρῶνοῦσα δόγ-
 ματῶν, ὅσα ἡμέμει τῶν καινῶν καινοτέροις
 ἀπελάσσα, ὡς πρὸς δὴ καὶ νῦν συνέειπ
 ἵνα ἡ γὰρ μακεδόνι ἀφῆρη τὴν καινῶν
 ἱεροπόλεως ἐκκλησίαν, ὅσην ἐκ τῶν ἀπλήσι-
 ὁμοίως τοῖς ἀμφο τὸν ἀκάκιον καὶ εὐδόξιον
 ἠσπῆγετο ἴσον ἴσον Θεοῦ εἶναι, καὶ πάντα τὰ
 κατ' ἐσίαν ὁμοιον τῶν πατέρων τὸ δὲ ἅγιον
 πνεῦμα, ἀμοιρον τῶν αὐτῶν πρῶσεύων
 ἀπεφάνετο, διάκονον καὶ ὑπηρετικῶν καλῶν,
 καὶ ὅσα πρὸς τῶν θεῶν ἀγγέλων λέγων
 τίς, ὅσα ἀν' ἀμαρτοῦ ταύτης ἴσ' ὁδοῦς ἐκοι-
 νῶνται αὐτῶν, ἐλευσίος τε καὶ εὐσάδιος, καὶ ὅτι
 τότε πρὸς τῶν ὅν τῆς ἐναντίας αἰρέσεως

NOvitas autem cum laudaretur,
 magis magisque increvit, & ad res
 quotidie novandas processit: fastuque &
 arrogantia elata, despectis patriis consti-
 tutionibus, privatas leges constituit. Nec
 eadem cum vetustioribus sentire de
 Deo sustinuit: sed peregrina indies
 dogmata excogitans, nova novis accu-
 mulare nunquam destitit. Quod quidem
 etiam tunc accidit. Postquam enim
 Macedonius Constantinopolitana ex-
 tus est Ecclesia, non amplius eandem
 cum Acacio & Eudoxio opinionem ten-
 nuit. Docebat enim, Filium quidem De-
 um esse, per omnia similem Patri, adeoq;
 secundum substantiam. Spiritum vero
 Sanctum ejusdem honoris & dignitatis
 expertem esse asserbat: famulum ac
 ministrum cum appellans, & quæcun-
 que alia quispiam de Angelis dicens,
 non aberraverit. Eandem cum illo opi-
 nionem amplexi sunt Eleusius & Eusta-
 thius, & reliqui omnes qui eo tempo-
 re à contraria sententia assertoribus

Ecce

depositi fuerant Constantinopoli. Quibus haud exigua pars populi adhæsit, tam Constantinopoli, quam per Thraciam, Bithyniam & Hellespontum, finitimasque Provincias. Nam vivendi ratio, quam vulgus potissimum spectare solet, haudquaquam in illis culpanda erat. Etenim incellus quidem eorum gravis: disciplina vero, Monastica similis fuit. Ad hæc sermo non inuentus, & ingenium ad perluadendum accommodatum. Cujusmodi tunc fuisse dicitur Marathonius: qui ex rationario publico officii Præfecturæ Prætorianæ, cum opes maximas sibi comparasset, finitâ militiâ, agrorum ac pauperum sub eodem tecto degentium curam gessit. Postea vero suafu Eustathii Sebastii Episcopi, Monasticam amplexus est vitam: & sodalitiū Monachorum instituit Constantinopoli, quod ad nostram usque ætatem continua successione perseveravit. Hanc porro hæresin, tum studio, tum opibus suis tantopere adjuvit, ut sectatores Macedonii à quibusdam Marathoniani appellentur: nec immerito, ut equidem cenfeo. Hic enim solus unâ cum sodalibus suis perfecisse videtur, ne hæc hæresis Constantinopoli penitus extinguetur. Etenim ex quo depositus fuerat Macedonius, nec Ecclesias deinceps, nec Episcopus ullos habuerunt Macedoniani, usque ad Principatum Arcadii. Quippe Ariani id nequaquam sinebant, à quibus omnes qui contraria ipsis sentirent, extrudebantur Ecclesiis, & gravibus suppliciiis afficiebantur. Ac difficile quidem fuerit, omnes Episcopos qui tunc temporis sedibus suis expulsi sunt, figillatim recensere. Nulla enim Provincia Imperii Romani, ut equidem existimo, hujus calamitatis expertus fuit.

Α ἐν κωνσταντινῶν πόλει καθηρέθησαν οἱ αἰεὶ ὀλίγη μοῖρα Ἐλαξ ἐπέβετο κτλ τὴν κωνσταντινῶν πόλιν, βιθυνίαν τε & θρακίαν κτλ ἡλιαντον, κτλ τὰ περὶ τὴν ἴθνη κτλ γδ δὴ τὰ πλείστα βίον, ὁ μάλιστα τὰ πλείστα περιέχει τὸν ἴθνη & φαύλως εἶχον περιόδος τε γδ τὴν αὐτὴν σεμνὴν & ἀπαληθῆς μοναχοῖς ἡ ἀγαθὴν λόγον & οἰκονομίας, κτλ ἡδὲ πείθει τὸν ὄιον δὴ τότε κτλ μαραθῶνιον γυμάσιον φασὶν ὅς δὲ τὸ ψηφιστῶν δημοσίων τῶν ἰσώτερος ἰσώτερος στρατιωτῶν, πλεον πολὺ συνήκασεν. Β ἐπειδὴ τῆς στρατιᾶς ἐπαύσατο, συνήκασεν ἡ πτωχῶν ἐπεμελεῖτο μὴ δὲ ταῦτα, πείσαι ἡ εὐσεβείας ἡ σεβασίας ἐπιπέπεν, τὸν ἀσκήλικὸν βίον ἐπήνεσε, κτλ ἡ συνήκασεν μοναχῶν ἐν κωνσταντινῶν πόλει συνήκασεν κτλ ἡ εὐσεβείας εἰσέτι ἡ ἰσώτερος διαδοχῆς σωζομένη ἐπὶ τοσούτων ἡ ταύτην τὴν αὐτὴν ἀποδοῦν κτλ χρεῖμασιν ἰδίους συνήκασεν, ἡ περὶ πῶν μαραθῶνιαν ἐστὶ μακεδονίον ὀνομαζέσθαι, ἐμοὶ δοκεῖ, οἰκονομίας φασὶν νείμα γδ μόνον ἡδὲ τῶν σωζομένων, τῶν πάντεως ἀποδοῦν ταύτην τὴν αὐτὴν ἡ κωνσταντινῶν πόλει αἰπὴν ἡ γυμνασίαν ἀφ᾽ ἡ καθηρέθη μακεδονίαν, ἡτε ἐκκλησίαν, ἡτε ἐπισκόπους, εἶχον μέχρι τῆς ἀρχαίας βασιλείας ἡ γδ συνήκασεν οἱ δὲ πῶν, πῶν ἐστὶ ἐναντίως δοξάζουσιν ἐν τῶν ἐκκλησίαν ἡ δὲ ἐλεωνόητες, κτλ δὲ πῶν πτωχῶν πῶν πῶν μὴ ἐν ὅσῳ τότε τῶν ἰσώτερος ἐν τῶν ἰσώτερος ἐλεωνόησαν, ἡ ἡ ἡ ἀρχαίας ἀρχαίας ἡ γδ ἡ ἡ τῶν ῥωμαίων οἰκονομίας, ἀπείθει τὸν ἡμαθὶ διαμείναι τῶν τοιαύτης συμφορᾶς.

D
CAP. XXVIII.

Quomodo Ariani divinum Meletium opinionioni sue favere arbitrati, à Sebastena sede Antiochiam transtulerunt: cumque ille Catholicam fidem libere professus esset, pudore suffusus, Eusebium ejus loco constituerunt. Meletius vero separatim conventus Ecclesiasticos habuit, cum Homousiani illum averfarentur, utpote ab Arianis ordinatum.

Peridem tempus cū Eudoxius Constantinopolitanam Ecclesiam obtineret, multi Antiochenâ sedem ambire

D
Κεφ. κη.


Ὅτι οἱ ἀριανοὶ ὡς ἐμπόρνα λογίζεσθαι τὸν εὐσεβῆ ἡ σεβασίας ἀντιθέσαν ἀποτίθειαν τὸ ἡ ἐκκλησίαν παρρησία ὁ μολογῶν τὸ κατὰ τὸν ἡ ἐκκλησίαν ἐν τῶν ἡ γκαθίστασι τῶν ἡ μάλιστα ἡ ἡ ἡ οἱ γδ τὸ δὲ μόνον φρονήτες, αὐτὸν ἡ ἐκκλησίαν, ἡ ἡ ἀρχαίας χρεῖμασιν.

ΕΝ δὲ τῷ τότε εὐδοξίῳ καθολικῶν κωνσταντινῶν πόλιν ἐκκλησίαν, πῶν τὸν ἐν ἀνίσοχίᾳ ἡ ἡ ἀποδοῦν ἡ αὐτῶν

ἐπαύδαζον καὶ ὡς εἰκός Ἐπιπράγμασι
 τοιούτοις, Φιλοναϊκίαι καὶ εἰσαίσεις διάφοροι ἔ-
 κληρα καὶ τὰ λαὸ συνέθεσαν ἕκαστοι γὰρ τὸν
 ὁμόφρονα πρὸς τὴν ἰδίαν πίσιν πρὸς δοκί-
 μων, ἡρενὲ τῆς ἐκκλησίας ἀρχῆν ἔπω
 γὰρ πεπαυμένοι ἦσαν τὸ πρὸς τὸ δογμα δια-
 φορεῖς, ἐδὲ ἐν ταῖς ψαλμοδίας συνε-
 φρονον ἀλλήλοισι πρὸς δὲ τὴν οἰκίαν δόξαν,
 ὡς ἐν τοῖς προόδῃ ἐν εἰρήνῃ, μεθῆρμοζον τὸ
 ψαλμοδῶν ἔτω διακεκμηγῆς τῆς ἀνλο-
 χεῖαν ἐκκλησίας, ἐδόξε τοῖς ἀμφὶ τὸν εὐδό-
 ξιον, καλῶς ἔχειν μέλας ἡσασιν ἑαυτὰς μελέ-
 τῶν ἐκ τῆς σεβασίας, οἷα γὰρ λέγουσιν τε καὶ
 πείθειν ἰκανόν, καὶ τὰ πρὸς τὸν βίον ἀγα-
 θόν, καὶ ὁμόδοξον αὐτοῖς τὸ πρὸς οἷα καὶ
 πᾶσα γὰρ ὧν ὅτι, τῇ δοκίμῃ τῶ ἀνδρός
 πρὸς οἰκίαν αἴρεσιν θηράσεν ἑὸν ἀνλο-
 χεῖας οἰκοτήρας, καὶ τὰς πέριξ πόλεις καὶ
 μάλιστα ἑὸν καλεμῆρας ἑυσαθιανῆς, οἷ
 καὶ τὴν πρὸς τὴν ἐν νικαία συνόδῳ
 τὰ πρὸς Θεοῦ ἐδόξαζον ἔμελλον δὲ πρὸς
 πολὺ τῆς ἐλπίδος ὑποβύξεσθαι ἐπεὶ γὰρ
 ἦσαν εἰς ἀνλοχίαν, λέγεται δὲ ἡμῶν πολ-
 λὰς συνελθῆναι τῶν τὰ δόξαι φρονούντων,
 καὶ Παυλίῳ κοινονάντων οἱ μὲν, ἰσορή-
 σαντες τὸν ἄνδρα, ὅτι πολὺ κλέσθῃ ἦν αὐτῷ
 καὶ πρὸς τῆς παρουσίας οἱ δὲ, μαθησόμε-
 ναὶ τῶν ἐρεῖ, καὶ τίσιν Ἐπιπράγμασι ἢ ἡδὴ γὰρ
 φημι δισφοίτα, ἐπαυέτω αὐτὸν εἶναι ἔ-
 ἰσχυματῶ τῶν ἐν νικαία συνελθόντων καὶ τὸ
 ὑποβύξαι τὴν μὴν γὰρ δόξαι, ἑὸν καλε-
 μεῖας ἡδικῆς λόγους δημοσίᾳ ἐδίδασκε.
 τῶν δὲ ἀναφανδὸν τῆς αὐτῆς εἰσίας τῶ
 πατρὸς τὸν υἱὸν ἀπεφίνατο λέγει δὲ, πρὸς
 ἑαυτῶν ὁ δόξαι διάκονος, ὅς τότε ἦν ἔνθα
 ἐκλήρα, ἐπὶ τὸ λέγοντος Ἐπιπράγμασι τὴν
 χεῖρα, εὐσεύεν αὐτῷ τὸ σῶμα ὅτι, τῇ χειρὶ σα-
 φῆσερον ἢ τῇ φωνῇ, τὴν γνώμην καὶ εὐσημαίνε
 καὶ τρεῖς μόνος εἰς τὸ πρὸς φανῆς δακτύλους ἐκ-
 τίνων, εἰς ταυτὸν ὅτι πάλιν τρεῖς συνέλεγε,
 καὶ τὴν ἐνα ὠρθῆς τῶν χεῖρα τῶν χεῖρας εἰκονί-
 ζων τοῖς πλήθεσιν ἀπερὲς ἐφρόνει, καὶ λέγειν
 ἐπεὶ χεῖρα ὡς ἡ ἀμηχανήσας ὁ δόξαι διάκονος
 ἐπελάθετο τῶν χεῖρας, τῶν σῶματῶν ἀφῆμενος,
 ἐλευθερωθεῖς τὴν γλῶσσαν, ἐπαύλλον μελά-
 λῃ τῇ φωνῇ ἀφῆσερον ἐδήλασεν αὐτῷ δόξαν

Acceperunt. Utque in ejusmodi rebus
 evenire solet, varia clerici ac populi con-
 tentiones ac seditiones inde exstite-
 runt. Eum enim unusquisque ad re-
 gendam Ecclesiam deligebat, quem
 sperabat secum in fide consensusum es-
 se. Quippe dissensiones de doctrina
 fidei nondum inter ipsos cessaverant:
 nec in psallendo inter se concordab-
 ant: sed ut supra dictum est, singuli
 Psalmos ad suam sectam ac sententi-
 am accommodabant. Cum igitur An-
 tiochenis Ecclesia in hoc statu esset,
 Eudoxiani commodum fore judicavit,
 ut Meletius Sebastia illuc transferreretur,
 quippe qui ad dicendum & ad persua-
 dendum idoneus esset imprimis, & ob
 vitæ integritatem probatus, & ejusdem
 cum ipsis opinionis jam pridem habe-
 retur. Etenim futurum omnino spe-
 rabant, ut tanti viri fama atque au-
 thoritate, cives Antiochenos ac fini-
 timas civitates ad suam opinionem alli-
 cerent: præcipue vero Eustathianos, qui
 de divinitate ita sentiebant, ut à Conci-
 lio Nicæno traditum fuerat. Verum ea
 res longe aliter eventura erat quàm spe-
 rabant. Nam cum ille Antiochiam ven-
 nisset, ingens populi multitudo confu-
 xisse dicitur, tam ex Arianis, quam ex
 iis qui cum Paulino communicabant:
 quorum alii hominem videre cupieb-
 ant, cujus tanta fama etiam ante ipsius
 adventum permanerat: alii discere
 volebant quidnam dicturus, & quo-
 rum sententiam probaturus esset. Jam
 enim fama percrebuerat, fidem Nicæni
 Concilii ab illo comprobari: idque ve-
 rum esse, exitus rei declaravit. Nam
 initio quidem morales duntaxat præce-
 ptiones publice expotuit: tandem vero
 Filium ejusdem cum Patre substantiæ ef-
 se, palam asseruit. Ajunt porro At-
 chidiaconum qui tunc in eo clero erat,
 statim accurrisse, & injecta manu, ad-
 huc loquentis os obturasse. Illum ve-
 ro manu sua clariius quam voce, sen-
 tentiam suam significasse. Tres enim
 duntaxat digitos initio protendit. De-
 inde iisdem retractis & compressis,
 unum tantum porrexit, manus figurâ
 designans multitudini, ea quæ ipse senti-
 ret, & quæ dicere prohiberetur. Cum-
 que astuans Archidiaconus, dimis-
 so ore manum Meletii apprehen-
 disse, ille liberam linguam na-
 ctus, elata voce sententiam su-
 am apertius quam antea declaravit:

Ecce ij



auditoresque hortatus est, ut Nicænae A Synodi decretis adhererent, protestatus eos qui aliter sentirent à vero aberrare. Cum autem hæc eadem dicere, & manu significare alternatim non desinere, pro eo atque Archidiaconus ipsum impediabat: & contentio inter utrosque esset, non dissimilis Pancratio; Eustathiani exclamare, gratulari & prægaudio exsilire cœperunt. Ariani vero animos demiserunt. Quibus auditis Eudoxiani graviter commoti sunt: operamque adhibuerunt, ut Meletius civitate expelleretur. Eundem tamen postea revocarunt, ad ea quæ dixerat corrigenda, B tanquam pœnitentia ductum, & contrariam amplexum sententiam. Sed cum ille sententiam non mutaret, Imperator eum Ecclesia expelli & in exilium deportari iussit. Quo factò Euzoïus qui jam pridem unâ cum Ario depositus fuerat, Antiochenam sedem regendam suscepit. Fautores autem Meletii, sese ab Arianis segregantes, seorsum conventus egerunt. Nam qui ab initio consubstantialis fidem sequuti fuerant, communicare cum illis detrectabant, eo quod Meletius ab Arianis Episcopis ordinatus fuisset, sectatoresque ejus ab hujusmodi sacerdotibus essent baptizati. Et isti quidem ob hanc causam inter se divisi sunt, quamvis in doctrina fidei consentirent. Imperator vero cum Persas res novas moliri accepisset, Antiochiam perrexit.

καὶ τῶ ἐν νικαία δεδομένων ἐχέει παρρησιασθεῖς. Ἐδὲ μαρτύρητο ἐδὲ ἀκούσας, ἀμαρτανήν τ' ἀληθείας ἐδὲ ἄλλως φρονήσας ἐπὶ ἵσθαι ἐκεδὲ ταῦτα λέγων ἢ τῇ χειρὶ ἀκινὺς ἀμοιβᾶδον, ὡς ἐνεχώρει πρὸς τὴν ἀρχιδιακόνε κώλυσι, καὶ φιλονεικία πρὸ ἀφοτέρων, μονοεχι παγκρατῶ ἐμφορῆς, καὶ ἀνεκράγον οἱ εὐσαβιανοὶ, καὶ ἐχαιροὶ ἀνεπήδων οἱ ἵδρῆες, καὶ ἡφῆεις ἡσῶ ἀκισαντες ἵ οἱ ἀμφὶ τὸν ἐνδοξίον, ἐχάλεπαιον, καὶ ἐλαθῆναι τῆς πόλεως τὸν μελέτιον ἐπαδάσαν καὶ πάλιν μετὰ καλῆς, ὡς ἐπὶ ἀμαρτανήν τῶ εἰρημνίων μετὰ μελέτιον, καὶ ταναπία δοξάζοντα μὴ μετὰ μελέτιον ἵ τῶ γῆρας, ἐκβάλλεσθ τῆς ἐκκλησίας, καὶ παρρησιαν οἰκῆν πρὸς σῆταξεν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῆτο γεγονός, ἐπὶ τῆσπερ τὸν ἀνίσχῆσιν ἐνον ἐν τῶ ἵσθαι, ὅς ἀμα δρῆια πρὸς τῆσπερ ἀκαθῆρηλο οἱ ἵ μελέτις ἐπαινῆται, ἀπὸ μενοι σφᾶς τῶν τὰ ἀρεῖς φρονῆτων, καὶ ἐκκλησίαζον οἱ γῆδομοσῆσιν ἐξ ἀρχῆς τῶ τῶ πατρὶ δοξάζοντες, παρρησιῶ καὶ ἀπὸ αὐτοῖς, ὡς μελέτις πρὸς δρῆιαν ἵσθαι πων χειρὶ σῆσθῆναι, καὶ ἀπὸ τοῖσ τοῖσ βαπτισθῆναι τῶν ἐπομένων αὐτῶ. Ἐ οἱ καὶ πρὸς φασιν τῆσθῆναι, καὶ πρὸς οἰκῆσ φρονῆτες ὁ ἵ βασιλεὺς ἀκισας πρὸς νεώτερος ἐν ἡκεν εἰς ἀνίσχῆσαν.

CAPUT XXIX.

Quomodo Acaciani denuo tumultuati sunt, & consubstantialis quidem fidem evertente, Arianam autem hæresin stabilire studuerunt.

Porro Acaciani adhuc quiescere non poterant: sed Antiochiæ unâ cum paucis iterum congregati, ea quæ ipsi prius decreverant reprehenderunt. Nomenque illud, simile, ex formula fidei, Arimini & Constantinopoli recitata, expungere statuerunt: & Filium Patri per omnia, tam in substantia quam in voluntate dissimilem, & ex nihilo factum esse censuerunt, quemadmodum Arius ab initio docuerat. His autem sese adjunxerunt sectatores Aetii, qui primus post Arium palam his vocibus uti ausus est. Qua de causâ, ipse qui

Κεφ. κθ.

Ὅτι οἱ ἀκάσιοι πάλιν ἐκ ἡρέμου ὁμῶς τὸ ἱερόν ἐπερῶντο, καὶ τῶν ἀρεῖσιν οἰκῆσιν ἐκείσιν.

Ὅτι ἵ ἀμφὶ ἀκάσιον, ἡρεμῆν πάλιν ἐκ ἡρέμου ὁμῶς τὸ ἱερόν ἐπερῶντο, καὶ τῶν ἀρεῖσιν οἰκῆσιν ἐκείσιν. Ὅτι ἵ ἀμφὶ ἀκάσιον, ἡρεμῆν πάλιν ἐκ ἡρέμου ὁμῶς τὸ ἱερόν ἐπερῶντο, καὶ τῶν ἀρεῖσιν οἰκῆσιν ἐκείσιν. Ὅτι ἵ ἀμφὶ ἀκάσιον, ἡρεμῆν πάλιν ἐκ ἡρέμου ὁμῶς τὸ ἱερόν ἐπερῶντο, καὶ τῶν ἀρεῖσιν οἰκῆσιν ἐκείσιν.

ἀθεῖ ὀνομάζετο, καὶ οἱ τὰ αὐτῆς δοκιμάζοντες ἀνόμοιοι καὶ ἄξεκοῦνοί· πικρῶς αὐτῶν τῆ ἐπομένῳ τοῖς ἐνικαίᾳ δόξασιν, ὡς Θεὸν ἐκ Θεῶ τὸν ὑὸν σιωπολογεῖντες, ἀνόμοιον τε καὶ ἄξεκοῦνον καὶ ἄξια τῶν αὐτῶν ἐκθεσιν ὀνομάζοντα φασίν· ὅτι καὶ Παῦλος ὁ ἀπόστολος, ἔφασκεν, εἶπε, τὰ δὲ πάντα ἐκ Θεοῦ· πάντα ἢ εἶναι καὶ τὸν ὑὸν ἐκ τῆς τοῦ νοῦ τοῦ πατρὸς ἐκείνου ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, καὶ τὰς θείας γραφάς· καὶ τὸ μὴ ἂν μετέφραζον καὶ ἐκφύζοντο τελευτῶντες ἢ ὡς ἐχ' οἱ τῆς ἀποστολῆς ἐπιτίμων ἐγκαλεῖσιν ἢ οὐκ ἐπίστασιν ἰκανῶς ἀπολογεῖσθαι, πάλιν τὴν ἐκωνσταντινῆ πόλει δοκιμασθεῖσαν πίσιν ἀναγνόντες, διελύθησαν, καὶ εἰς τὰς αὐτῶν πόλεις ἀπεχώρησαν.

Adem ^{etiam} cognominatus est: Sectatores autem illius Anomæi, & Exucontii sunt appellati. Interrogantibus autem ipsos Nicænæ fidei sectatoribus, quamobrem ipsi qui Filium Deum ex Deo esse confitebantur, dissimilem tamen, & ex nihilo ortum, idque contra suam ipsorum fidei formulam dicere auderent: respondebant, dictum esse à Paulo Apostolo, Omnia autem ex Deo: in omnibus autem comprehendi etiam Filium. Atque hoc modo intelligendum esse quod ipsi adjecerant in formula fidei suæ, secundum scripturas. Et hoc quidem ita cavillantes interpretabantur. Postremo cum iis qui ipsos hoc nomine accusabant oburgabantque, satisfacere non possent, lecta rursus fidei formulâ quæ Constantinopoli approbata fuerat, è Concilio discesserunt, & ad suas quisque sedes reversi sunt.

Κεφ. λ΄.

Πατριάρχης Ἰεροσολύμων, καὶ ἄλλοι τῶν ἐκ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀρχιεπισκόπων, καὶ ἄλλοι ἐκ τῶν ἀρχιεπισκόπων Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἄλλοι ἐκ τῶν ἐπισκόπων Ἱερουσαλὴμ.

CAP. XXX.

De Georgio Alexandria Episcopo, & de Episcopo Hierosolymorum: & quomodo cum post Cyrillum tres continua serie Episcopi facti fuissent, iterum Cyrillus sedem suam recepit.

Ἐν τῷ ἐπιθανασίᾳ κρυπτομένῳ, ἐπανελθὼν γεώργιος εἰς ἀλεξάνδρειαν, χαλεπῶς ἐκάλεσε τοὺς ἑλλήνας, καὶ ἑτέρας ἀπὸ δόξαζοντας χριστιανούς· ἐκατέρωθεν τὸ ὡς ἐβέβηκεν ἱεροκλέειν ἐβιάζετο, καὶ ἄλλοις ἡλιθίοις ἠλάνειν· ἐμισέειτο ἢ ἄρα μὴ τῆ ἐκ τῆς ἰσχυρίας αὐτῆς, καὶ τοῖς ἀρχιεπισκοπῶν ἄλλων ἄρα ἢ πλῆθος, ὡς τυραννικός, καὶ πᾶσι πάντων δυνάμενος· ἐχάλεπαινε ἢ ἡλίθια τὸ ἑλλήνικόν, ὅτι τὸ θύειν αὐτῆς καὶ τὰς πατρίδας ἑορτῆς ἀγενεῖς ἐκάλυψε, ἢ ἑλλήνικας καὶ τὸν ἐκ τῆς αἰγυπτίου στρατηγὸν σὺν ὅπλοις ἐπαγαγὼν τῆ πόλει, εἰκόνας τῆς ἀναθήματι καὶ τὸν ἐκ τῶν ναοῦ κόσμον ἀφαιρέμενος· ἀδὴν πρὸς φασίς ὑστερον ἀπὸ ἐγγύεω τῆς ἀειρέσεως, ὡς αὐτῆς λέξω· κυρίως ἢ κατὰ ἐπίστασιν, ὡς εἶρη, ἄρα λαμβάνει τὴν ἱεροσολύμων ἐκκλησίαν ἐρέννιον, καὶ μετ' ἐκείνου ἱεροκλέει· ἐφεξῆς τὸ τῆς ἰσχυρίας τῆς ἰσχυρίας ἢ τῆς τότε τὴν ἐκκλησίαν ἑλλήνικα πᾶσι παρειλήφαμεν, μέχρι τῆς θεοδοσίου βασιλείας· ἡνίκα δὴ κύριλλος εἰς τὸν αὐτὸν πάλιν ἐπανήλθε ἱρόνον.

Per idem tempus cum Athanasius adhuc delitesceret, Georgius Alexandriam reversus, tum Gentiles, tum Christianos qui non idem cum ipso sentirent, graviter oppressit. Utrosque enim divinum numen prout ipse vellet, colere adigebat: detrectantes vero insectabatur. Invisus autem erat, primoribus quidem propterea quod arrogantissimus esset, & praesidibus imperaret: plebejis vero, tanquam tyrannus, & qui plus posset unus quam reliqui omnes. Sed praecipue Gentiles ei succensebant, eo quod sacrificare & festos dies patrio ritu celebrare, ipsos prohiberet; inductisque in urbem militibus armatis, unâ cum Duce Aegypti, imagines ac donaria, omnemque templorum ornatum abstulisset. Quæ res postea causam necis ei attulit, sicuti mox dicturus sum. Cyrillo vero quemadmodum diximus, deposito, Hierosolymorum Ecclesiam suscepit Erennius. Cui deinde Heraclius successit: Heraclio autem Hilarius. Istos enim Hierosolymitanam Ecclesiam administrasse accepimus, usque ad Principatum Theodosii. Quo quidem tempore Cyrillus sedem suam postliminio recuperavit.

Ecce iij